



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari,  
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

Epilogus eorum quæ dicta sunt, præcipua quædam quæ initio in vsum  
frequentiores nouo sunt vertenda tyroni, repetens. Cap. LXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

presentiam in omni loco, in omni tempore contemplari studeat. Secum habet, zelum habeat manendi semper in veritate & sinceritate cordis & tranquillitate conscientiae. Mitis semper & humilis sit corde, & deiformis in tota conuersatione. Omnia de manu Domini accipiat, Deum in omnibus operibus semper pro oculis habeat. In humili quadam suijplus abnegatione erga Deum semper confidat, cui etiam subiicit se & omni homini propter Deum. Homo deiformis sine intermissione bonitatem, perfectionemq; Dei, ac e diverso vilitatem imperfectionemq; suam perpendat, reputans se omnibus hominibus longè inferiorem. Summopere à sui vana complacentia, naturaq; suæ latente nequitia se seipsum custodiat, nec maiora de se sentiat aut sentiri velit, quam à se ipso habet, hoc est nil nisi peccatum. Nouum quendam viuendi modum, noua exercitia ad mortificandum seipsum, semper querat, & quasi iam primum incipiat, ad nouas semper virtutes seipsum extendat. Verbis parcus, virtutibus locuples sit. Derelinqui & aspernari cupiat ab omnibus hominibus. Minimos defectus maximi ponderet. Præcipuum illius studium sit ut Deum intus in anima sua semper præsentem inueniat, & foris omnem hominem honestis vita exemplis adficeret. Omnia opera sua in absolutissima sua perfectione ad Dei honorem perficiat. Verus Dei cultor nil faciat in hoc tempore, cuius illum punitat in aeternitate. Intribulationibus quibusvis spiritualem tolerantiam, in multiplicitate magna recollectam mentem habeat. Nil proprium in hoc tempore, nullum delectum in rebus possideat, nil præter Deum in mente sua concipiatur, vnde etiam nil præter Deum solum pariat, hoc est, nihil mentem sustinire, nihil exire permittat, nisi Deum. Abstractum se ab omnibus hominibus, vacuum ab irruentibus imaginibus teneat. Mentem afferat, liberamque faciat ab omnibus accidentibus. Inspirationem patris sui cœlestis assidue in anima suscipiat. Frequens se in veneranda imagine Domini nostri Iesu Christi exerceat, & contempletur, num forte in aliquo huic similis dissimilisve sit. Omnibus seipsum exemplar probitatis exhibeat. Verax sit in verbis, matus in tota conuersatione. Assidue originem suam vnde sine fine medio processit, contempletur, & illuc omni cum diligentia repedare studeat. Perpendat etiam quid sit, ubi sit, vnde venerit, quo reuertetur, quid agatur, propter quid agatur. Constanter proficiensq; in virtutibus & veritate ad mortem usque permaneatur.

*Epilogus eorum quæ dicta sunt, præcipua quædam, quæ initio  
in usum frequentiorem novo sunt  
vertenda tyroni, re-  
petens.*

## CAPVT LXVII.

**A**d hanc niti per gratiam Dei tibi necessarium est. Primo, omnes consolations corporales ac familiaritates hominum ab ijcere. Par modo de cunctis rebus factis, quarum causa non est Deus. Deo itaque & patry spirituali reglin-

Aaa 3

relin-

et iniquas. Voluntatem propriam vbiunque potueris frange, & proximis  
fratribus tuis charitatis officia studiofissime exhibe. Sentui ac consilio proprio,  
quatenus licet cedas, & alieno humiliter acquiescas. Omnes occupationes ini-  
les reijs, quid perfeceris saper numero discere. In omni re solum ad Deum, si  
eius matrem Mariam per orationem pro auxilio recurre. Laudem & reputa-  
nem vbiunque potueris fuge, & quicquid eiusmodi esset cela. Nullam diffi-  
culturam laboris pro Deo aut fratribus refuge. ventrem, linguam & senum et  
etissime custodi. Suspitiones aliorum atque tui despectum / vbi cuip non es  
non metuas. Nihil singularitatis, ostentationis aut laudabilitatis extraneo  
ram alijs, de te praesertim dicio au facito. Te ipsum & sensum tuum contem-  
ne, vilipende ac itulrum te arbitrare. Vanitatem læritiae libertatis ac leuitatis  
simulatque turbulentiam vultus absconde, tamen aliqui læritia aqua compunc-  
tione cordis, colloquij & huiusmodi solatiis interesto, ostenta tamen semper  
serenitatem in vultu. De absentia non est loquendum. Detractionem si corrue-  
re, aut emendare non potes in alio, per alium sermonem interrumpo, hoc est, dis-  
citur aliquid offenditum conscientie contra aliquem fratrem, si hunc excul-  
pe, aut si faciem detrahentis nequieris declinare, saltem quasi araneum  
aut vermen in vestibus tuis, simulans excute, dicendo: Ecce, ecce velaliquid  
rari demonstra, vel quota ist hora interroga, vel quz fint agenda prouinci-  
ato &c. quo sermone hoc peregrino, alios sermones noxios ac detrac-  
tions interrumpas, & istam tentationem sepelias. Huiusmodi remedia prae-  
denda sunt semper ante colloquia, quando meliora ex scripturis non occur-  
runt, quibus sermonem (si quid contra stimulum conscientie audire contingat)  
interrumpere possis. De alijs quz indifferentia, aut non necessaria dici taceret  
possunt, nisi interrogatus, non loquaris. Tunc tamen quando loquendum est, lo-  
quere dulciter, breuiter, & quasi subridendo submissi. Siue taceas, siue loquaris  
semper in facie benignitatem ostende, cum humilitate atque verecundia in mo-  
ribus, ut à foris appareat in facie serenitas, in corde pax. Contentionem aut  
disputationem sernel prolatam (si visum fuerit expediens,) tua sententia, interfa-  
tres tacendo vince. Simul loquentibus te non admisceas, nisi vocatus. Semper  
stultitiam aut ignorantiam, propter humilitatem custodiendam, ab extat-  
tiam simula Quod per alium dici aut fieri potest, si honorificum illud sit, nisi insi-  
lus non facito. Docentem te (etiam si errauerit, aut si aliter instruatur aut nullus  
fueris) humiliiter audi, & ad humiliatorem, charitatemq; obtinendam in nullo e-  
resiste. Dicere tamen potes te à magistro, aut Priori aliter iussum, cogar q; illum  
ne si aliter propterea feceris, & refererat. Corripiantem te (etiam si innocens fue-  
ris, vbi non est mortale peccatum, aut actus valde scandalosus) patienter sustine-  
& tace cum serenitate vultus. Si autem necesse sit in magnis, non minus semper  
paucissimus verbis excusa, dicendo: Ita contigit, scilicet ex ignorantia,  
vel contra voluntatem, vel ex obliuione, vel non mihi constat, (si tamen  
innocens fueris.) Nam si iuste reprehensus fueris, quomodocumque cuen-  
tit, dicas veritatem. Ego malefeci, aut peccavi. Spero quod per gratiam Dei  
de cetero diligentius cauebo. Siue: Per gratiam Dei libenter volo emendare in  
modicis si tibi fiat iniuria, humiliiter increpationem seu correptionem sustine-  
ti Dei virtute, & gratia adiuuante, & die: Dulcissime Iesu, hei sustinem ruello pro  
sui amore, quandoquidem innumeris peccatis quotidie te offendeo, pro quibus non corn-  
pior. Spe-

**Detractio-**  
**nēs quomodo**  
**interrumpen-**  
**tiæ sint.**

**Correptionē**  
**vii pa-**  
**tientie ac hu-**  
**militie su-**  
**sticēs sint.**

p. Spero quod plus mihi & illi proderit patientia tacens, quam superbia vel quis  
 ad hisatio me excusans. Si ego me excusacero, nihilominus alter si vult, tenet opinionem  
 etiā suspitionem quam. Tu vero si tamen propter te & amore virtutis, & non vanam gloria ta-  
 caveris (quod nabi largiaris quae postmodum Deum) dissolues suspitionem eius. Verba tua sub-  
 uscida dubietate sepe affere, scilicet ego ita puto, credo, fortasse, an forte sic, vel  
 hypothesis esse &c. & pro nulla re penitus disputa aut contendere. Quid enim tibi no-  
 sit lenius aut opinio alterius, si tecum non concordet? Non solum praesidentis, sed  
 etiam fratrum, ubi cognoueris illorum voluntatem, statim antequam fueris  
 iessus, perfice. Erga fratres tamen (ubi id est in proprio detrimentum, aut  
 presumptionem, siue eiusmodi quid in honestu) noli te ingerere nisi rogatus: nec  
 ne quoq[ue] nisi absque peccato etiā fiat hoc opus. Si intellexeris aliquem fratrem vel-  
 Charitas fra-  
 leum desiderare re quacumq[ue] etiā tibi gratā, nō præripias, nec præuenias illum, a-  
 terna quibus  
 studijs nutrita-  
 padeum qui conferre habet, sed occulte ipsi dimittas petendi obtinendiq[ue] locum.  
 enda fit.  
 Vbi potueris, confusionem generalem aut priuatam alicuius fratribus pertrahere,  
 tollendo occasionem, in secreto id semper facias. Si potueris aliquem supportare  
 ab onere alicuius laboris, qui ad humilitatem aut charitatem pertinet, in secre-  
 to præuenias, ita tamen si scieris id aliter non fore molestum, ne forte cum pu-  
 taueris te exhibiturum charitatem, præsumptuose te ingerens, amplius offendas fratem: quia maiorem fortasse quam tu habet remulationem pro virtuti-  
 bus, quare nolis se supportari. Quod propter charitatem facis, propter maiorem  
 charitatem aut obedientiam etiam dimittas, ubi sic expedit. Neminem increpa-  
 aut instrue nisi diu deliberatus, nec tamen tunc quoque (si aliqua commissio tibi  
 in corde fuerit) aliquem reprehendas, ne passionis iracundia, impatientia & hu-  
 umodi satifacere seruiscas videaris, non zelum habuisse. Contra neminem iudicia res-  
 murtares, neminem iudica aut coteamine, semper cogita quia te Dominus sine metana ca-  
 dibio in eundem aut maiorem defectum permitit et incidere si temere iudica-  
 uenda,  
 ueris. Neminem diffama, nulli detrahe, nec male cuiquam loquaris, præfertim  
 mala intentione. Hoc specialiter intende, & pactum sic faciendo adhibe, dicens:  
 Pactum facio tecum, & cum gratia tua Domine mi dulcissime Iesu, ut me custo- Iudicata  
 dia, quia nolo iudicare quenquam. (Iudicare enim est concludere, aut pro vero quid sit.  
 unere atque diffinire, seu diffinitiuam sententiam tenere, quod hoc ita aut ita  
 siq[ue] suspendam semper sententiam, & ambiguo relinquam). Ideo propone e-  
 am deabsente omnino non loqui, quod malam posset inferre opinionem al-  
 teri: & si etiam loquutus fueris, non tam iudicet, sed si quid dixeris ex loqua-  
 titate perperam, omnino reuoca. Defectus naturales & inexcusabiles noli eri-  
 habere vel occultare, ut deformitatem, rauicitatem & similia: alios habentes de-  
 fectus eiusmodi, plus venerare, tanquam pro salute sua onera hæc sustinentes.  
 Contra nullum delinqüentem indignare, at multo magis patiens esto pro paruis  
 defectibus, pro ira, habilitate, ruditate, ignorantia & infirmitate aliorum, imo  
 proximorum defectus leues non intellige aut dissimula, eorundemque confusio-  
 nes suas arbitrare. Confusionem coram fratribus præstat sustinere aut  
 contemptum, quam facere contra obedientiam vel contra conscientiam.  
 Dei honor alijs est omnibus antemerendus. Quando rei cuiuspiam in men-  
 tem tibi subit quæ est reprehensibilis aut defectuosa in aliquo, illam  
 quomodo facta dictave sit non discutias, neque in memoriam aut rememo-  
 rationem cordis rei recipias autorem, neque defectum illum; sed sicut  
 venenum

Mortis mē-  
moria quo-  
modo quo-  
tidie sit ha-  
benda.

venenum cuncta de corde proijicias cum violentia, & te ad aliud cogitandum  
compellas. Quotidie semel, aut sub mensa vel post vesperas de morte cogitabis,  
& quomodo vita tua omni hora minuitur, tuq̄ morti occurris, & iū patib⁹. Item  
quam sis incertus quando, & quomodo te rapiat, aut qualem te inuenias. Quid  
præterea ignoras cuiusmodi opera tua sint, & an in gratia, vel extragratiam  
veniaris. Postrem⁹ quomodo transib⁹ solus, & omnia post te reliquias. Item  
ante Complectorum vel iturus ad lectum, seu inter exiendum, recollige & di-  
cute te de singulis factis hac die, vel omissis. Puta cuiusmodi habueris affec-  
tiones, cuiusmodi cogitationes, & si quid dixeris, aut si proposito tuo quid con-  
tra feceris. Si inuenieris te culpe obnoxium, excitabis te ad contritionem  
orationem, delictum signabis, confiteberis, emendationem instaurabis, pro-  
positum de novo incipes, & in vulnera Iesu, ad pedesq̄ beatissimæ Mariæ in  
custodiendum committes, quos vt à præteritis te mudent, & à futura  
custodian etiam enī rogabis. Cum permanferis ad breue tempus in colloquo  
propter singularitatem vitandam, loquaris quamdiu ille cum magistro, aut  
lio te ædificante paucis verbis hilariter, modestè & verecundè tanquam seruo  
cum domino dilecto. In sermone abscondas, quicquid tibi laudem, aut alkeni  
superbum ingerere potest, non disputes, non contendas, sed audiendo alios po-  
tius tu tacitus studebas proficeret, quam conferendo docere. Potissimum autem hoc  
præterea eligas, vt valeas nesciri, ne reputatio aut laus aliena, aut honor obla-  
etus aufereat, quod ignorantia simulata custodit. Deabiente (propter virtutem de-  
tractionis) nullo modo loquaris, nisi omnino fuerit necessarium, aut ædificabi-  
le valde quod dicas, præhabita maxima deliberatione: ne si dixeris id ubi  
superbiā, aut in ruinam eueneris.

Accusatus ac aut si reprehendaris, nunquam excusabis, nisi sequatur desilientio scandalum  
reprehensum. Si reus fueris, petas veniam, culpamq̄ recognoscens, alias tacens paciari, qua-  
habere de-  
beat.

Si accusatio quispiam tibi objicitur, aut si reprehendaris, nunquam excusabis, nisi sequatur desilientio scandalum.  
Si reus fueris, petas veniam, culpamq̄ recognoscens, alias tacens paciari, qua-  
habere de-  
beat. Tunc quoque  
hoc modo Domino loquere: Domine Iesu, interdum conari volo, vt per tuam gla-  
tiam increpanti, aut obiurganti, nullum verbum, signum, aut motū indignationis exhibeam: sed quantum nihil possibile est, aut tacendo humili, aut respondendo dulcis-  
mant. Si vero motus interior, dispuientie aut iracundie irreperitur, statim velo me seruo  
tuo + benignissime Iesu signare in corde. Tu igitur Deus p̄fsumē da virtutem novitatis  
tua, d. ap̄ passum & crucis tuae virtutem, & efficiam, vt omnes vincam in fidem inimicorum  
vt vicia in me cuncte destruam. Inter leuiā quoque quæ vicioſa sunt, dum occur-  
runt, mentemve pulsant, quam primū cor aut frontem tuam signes + Dein  
uocans auxilium, & ne in verba aliqua turpia aut maligna prorumpat, compri-  
me dentes, morde labia, & ad serenitatem in vultu, ad tranquillitatem in moribus,  
in conuersatione quoque vniuersa ad charitatē pacemq̄ te ipsum cohibe. Quan-  
tu potueris proximo inimicanti aut molesto, plura solito pietatis ac veneratio-  
nis obsequia offerre studero. Dominumq; Deum pro viriisque charitate con-  
seruanda, roga, aut vnam orationem offerre pro viro que. Si verbo, aut opere te  
aliquem offendit, deprehenderis, statim superbia tua violentiam facias, per-  
teb̄ tibi ignoscat, & pro poenitentia legas. De profundis. Si aliquid tibi cum prox-  
imo incumbat loqui, ante cum violentia & oratione cor ad mititatem, manu-  
tudinem, & ad humilitatem componas, quasi calumniam futuram expectes, p-  
deote te prepara expendet, quam velis sufferre patienter. Pro quaunque te vera



Si falsa non contendas, sed si pro necessitate veritatem dicenti non creditur, semel aut bis, dimittas quemvis humiliter tacens, in suo sensu abundare, & te comitas Deo, omnia operiens charitate. Generaliter in colloquij & in quois obsequio fratribus exhibendo: imd in omni conuersatione tua per gratiam Conuersatio  
Domini Iesu, & matris eius in mente (quantum possibile est) seruato humilitatem, in vultu serenitatem, in corde mititatem, in voce lenitatem, in verbo cum proximo qualis  
maturitatem, compositionem in moribus, hilarem verecundiam in gestu. Deli- esse debeat.  
berabis autem ter antequa loquaris, ne quenquam constringent aut laedant verba  
tua, ne cuiquam derogent, ne adulacionem alteri, aut tibi ambitionem inferant.  
Quoties aliquid horum praeceptorum omiseris, leges salutationem angelicam  
pro defunctis. Sanctissime Iesu adiutoria propositum meum, & perfice. Dulcissima virgo  
Maria custodi & regame. Cogita semper, quod in oculis fratrum cum veritate  
sit, & ambules quasi vmbra in utili. In oculis vero Dei quasi cadaver putridissi-  
mum. In colloquio, omne verbum leue, aut otiosum caue tanquam impudicum  
verbum aut turpe. Et quodcumque peccatum quamvis veniale (quod ex proposi-  
to fieret) non minus cauebis, quam mortale. Non ramen facias erroneam tibi cō-  
scientiam, quzenque peccata iudicans mortalia: sed vt boni propositum in te a-  
doe sit maneat, firmum, quo vnum non minus, quam aliud evites. Risum, ma-  
xime cachinnum omni violentia qua potueris compelle. Incepatus pro par-  
tibus defunctis, aut iniustis, non te excusabis, quasi non es tu qui increpa-  
tur. Pro graui tamen delicto rogato tibi ignosci, promittens emendationem. Si  
vero tibi falsum quid imputareatur quod in scandalum vteretur proximi, se-  
mel aut bis id leniter excusat. Si tunc in iudicio aut suspitione sua perfliterit  
quispertinax non recipiens excusationem, non adicies ultra, sed tacens, dabis  
locum ire. Sic enim D. Bernardus docet dicens: Tristitia quandam animi cum vultu sere-  
nitatis interfratres ostendas, sanctam, scilicet compunctionem, ita cum  
hanc tu quoque per Dei gratiam diligenter obserua. Verus enim tristis, ex spiri-  
tuali luctu cordis se vilissimum reputat, ac totum miserom. Non enim curat ab-  
ilis increpari aut despici, quia seipsum odio habet. Adeo namque in suam vili-  
tatem octos iniecit, vt aliorum defectus non reputet. Nemini indignetur, pa-  
cum aut nihil loquatur, sed tam sua quam aliena male dicta astata gemit, hoc  
autem totum est ex sancta tristitia seu compunctione, quae habet in se cordis do-  
lorem ex cognitione malorum suorum, cordis humilitatem, mititatem, com-  
passionem, & ad altos per experientiam propriæ fragilitatis. Tædiosum quoque  
est ei iterum leuitatibus, aut consolationibus, aut nimis affabilitatibus immis-  
ceri: sed hoc vnicum solatium habet, plangere se gemitibus & suspirijs amorosis  
ad Deum, iniuriamq; Dei in se vlcisci per iniuriam sibi ab alijs illatam, Domi-  
num velle placare, praesentia aduersa aquanimiter ferre, absentia cum desiderio  
expectare. Hæc est tristitia quæ erga proximum tædium spirituale non generat,  
serenitatem non tollit, cor pacat, spem non minuit, confidentiam roborat. Ne-  
quenam suam duntraxat vilitatem, sed diuinam etiam pietatem, misericordiam,  
bonitatemq; in oculis habet. Nascitur & crescit cum Dei amore, & de illius  
bonitatis agnitione augetur, & ideo hilaritatem, confidentiam, alacritatem ad  
Deum non excludit, mundanas autem consolations tanquam venenum respuit.  
In laboribus, aut colloquij eligas locum (absque singularitate) vbi minus con-  
veniaris, aut cum fratre sedebis taciturno, qui eiusdem est voti tecum. Aste-  
quans

Bbb



Colloquio Quā ibis ad congregatiōē aut ad hominū colloquia genibus flexis Aue Maria, et  
aliorum qui oratione mentali dicas corā ī imagine B. Marię, vbi memoriale habes propōni nā  
quisque fe  
præparet. vt tibi seruet, custodiatq; benignitatem, humilitatem, serenitatem, ad omnī  
charitatem impetrat, nihilq; loqui, operari aut cogitare repermittat, quod humili  
tatem minuat, aut quod charitatem non atgeat. Ad colloquia iturus in timo  
re orato canticū, quod benedictissima ipsa suo ore eructauit, Spiritu sancto in  
tus inter virginalia, præcordia dicāte Magnificat, vel saltem mētaliter recom  
menda Beatae Virginis. Intra hebdomadā, nullo tempore alteri (si monachus  
es) facili atem loquendi petas: sed (nisi maxima necessitate urgente) quicquid  
habueris d̄ifferas ad proximum colloquium, & tunc expediā ea qua habes ex  
pedienda simul omnia. Iesu Christi vitam semper in oculis habe, eamq; absida  
meditatione recole: huie tuam conferto vitam, & vide quanta sit disparia  
quantadissimilitudo, quanta dissimilitus viriusque. Vide quantum distes non  
solum ab eius, sed ab cuiusunque eriam Sancti perfectione. Hac meditans ex am  
mo contristare, & te ipsum coram Deo humilia, orans desiderio ardentissimo  
vt virtus tua in te corrigat, & sua innocentissimā vitā exemplar lucidissimum  
imitari te faciat Iesu Christus Dominus & Saluator noster.

*Enchiridion iſus quam sit necessarium noua  
Christi tyroni.*

CAPVT LXVIII.

**H**ec sunt que in Christi militia nouo videbantur rudimenta tradendā  
tyroni, quæ tametsi nonnullis fortasse vilia videbuntur, adeo tamen stas  
hæc, veterem hominem exuere cupienti, esse necessaria, vt ne vnum vi  
cium quidem absque ijs expugnari possit. Habet certè ars quævis vel mechani  
ca, sibi congrua quibus vtitur instrumenta, & in varia horum stippelctili pl  
rumque sit vt ea, quibus asperrima quæque aut crassa secunda eliminandave sunt.  
præ ceteris apprimè sint necessaria; propterea quod nisi illa primū in manusq;  
fuerint artificis, nihil interim perfecti, nihil absoluti, nihil denique operis grā  
phice exarati producere potest. Hoc modo spiritu vivere incipientibus argi pug  
nare contra vitia discentibus, rudimenta hæc nostra quæcunq; videātur magis pu  
to fore necessaria. Et hæc benevolo sint dicta lectori. Ceterum fastidiosis, super  
bia tumidis, atque vt verbo utar Paulino ) animalibus spiritum Dei non haben  
tibus, quid mirum si hæc illis non placeant? Quid enim hisce hominibus præter  
ea quæ amant, placet? Porro quid ament, aut quis cordis eorum sit thesaurus ip  
orum, & colloquia & vita clamant. Atque ideo huiusmodi, qui quæ spiritus sunt  
spernunt, sapiunt vero quæ sunt carnis, corrupti eos esse iudicij maximè perspi  
ciuum est; quod nullius quoque magis quam Apostoli testimonio liquet, qui pru  
dentiam carnis, non ignorantiam, non errorem, sed mortem appellat. Quapro  
cū indicio careant ijs, vt pote Dei sapientiam putantes esse stultitiam, legant ta  
men vel inuiti oportet de se scriptum: Perdam sapientiam sapientium, & pru  
dentiam prudentium reprobabo. De ijs vero qui spiritu opera carnis mortifi  
cans, quoq; stultos mūdus iudicat: Quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt cōsum  
dat sa

n. Cor. 2:  
Iudeo 1.

Rom. 8.

1. Cor. 1.

Rom. 8.